Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

intimo meo. & supior sumo meo. offendi illa mulierem au
dacem inopem prudentiae enigma salomonis sedentem super
sella in foribus & dicentem Planes oculos libenter edunt. & aquam
dulcem furtuam bibunt Quae me seduxit. quia inuenit
foris habitantem in oculo carnis mei. & talia rumman
tem apud me qualia pillii uorassem. Hesciebam enim ali
ud uerum quod est. & quasi acutule mouebar. ut suffragarer stultis deceptoribus cum ame quererent unde malum.
& utrum forma corporis dei finiret. & haberet capillos
& ungues. & utrum iusti existimandi essent qui haberent
uxores multas simul. & occiderent homines & sacri
ficarent de animalibus. Quibus rebus ignarus perturba
bar. & recedens a ueritate ire mea mihi uidebar. quia
non noueram malum non esse nisi priuationem boni. usque ad
quod omnino non est. Quod unde uideri.
cui uidere usque ad corpus erat occu
lus & animo usque ad fantasma. Et non
noueram dum est spiritus nisi cui membra
essent prolongum & latum. nec cui mo
les esset. quia moles in parte minor
est quam in toto suo. Et si infinita sit. minor est mali
qua parte certo spacio definita quam infinitum.
& non est ubique tota sicut spiritus. sicut deus. Et quod in nobis est
sdm quod essem similes deo. & recte in scripturis dicerem ad imaginem dei. prius ignorabam. & non noue
ram iusticiam ueram interiorem non ex consuetudine iu
dicantem sed ex lege rectissima dei omnipotentis quae forma
ret mores regionum & dierum temporum & diebus.
cum ipsa ubique ac semper est non alibi alia nec aliae